



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessoriorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Tyrannus

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

## TORNEAMENTVM.

1. **M**ortuus in torneamento, vel hasti ludio, quo venerat causa pugnandi, etiam si poeniteat, priuatur Ecclesiastica sepultura, si tamen erant illa illicita: nam cum sic fiunt, vt non sit probabile mortis periculum, licet.

\* Vide Mol. d. 111. De torneam. c. 1. Syl. vers. Torneamentum.

Licent. Mol. l. c. Nau. c. 15. nu. 9. Vist. relect. de homicid. n. 32.

*Transactio.*

1. **N**on potest Prælati transigere in causis Ecclesiæ sine capituli cōsensu. \* Syl. eod. vers. col. 1.

*Tributum, vide Gabella.**Tutor, vide Curator.**Tyrannus.*

1. **A**D Tyrannum, gubernantem licet recurrere pro iustitia, si aliunde non possit. \* Nau. c. 14. n. 41. Vide Carbo. de legibus l. 7. c. 5. in fine.

2. Tyrannicè gubernans iustè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico iudicio: lata verò sententia, potest quisque fieri executor: potest autem deponi à populo, etiã qui iurauit ei obedientiam perpetuam, si monitus non vult corrigi. At occupantem tyrannicè potestatem, quisque de populo potest



test occidere, si aliud non sit remedium; est enim publicus hostis.

\*Tyrannicè } *Val. 2. 2. d. 5. q. 8. p. 3. D. Tho. de reg. Princ. l. 1. c. 6. Sor. l. 5. q. 1. ar. 3. Salon 2. 2. q. 64. art. 3. Bannes ibid. Syl. vers. Tyrannus, Tol. l. 5. c. 6. n. 17. Arrag. q. 84. ar. 3.*

At occupantem } *D. Thom l. c. at in 2. d. 44. q. art. 2. Tol. Syl. Bannes, Salon, Arrag. Val. l. c. Alph. Cast. vers. Tyrannus probat multis, nulli ex populo licere, etiam tyrannissimum, ut ita dicā, occidere, cuius argumenta soluit P. N. l. 2. c. 3. n. ni fallor 308.*

### VANA GLORIA,

*vide Honor.*

1. **G**Loriam & famam ob finem bonum optare, quantum quisque meretur, licet.

\**D. Tho. 2. 2. q. 132. art. 1. Tol. lib. de pecc. mort. cap. 6.*

2 Vanæ gloriæ causa præcipuè prædicare, aut Missam celebrare, peccatum esse mortale, quidam aiunt, alij negant. Vide explicatio nem apud Syl. vers. Vanagloria. nu. 2.

\*Inanis gloria non est peccatum mortale ex se *Tol. D. Thom.*

### VENATIO.

1. **C**Apta in alieno laqueo, aut reti, esse capientis, quidam dicunt, ego cum alijs, uego. Potest quidem avis, & fera in loco alieno capi, & est capientis, etiamsi dominus loci aditum